



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Candidatus Abbreuiatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus XXX. De Confirmatione Utili, vel Inutili.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63440)

## De Clericis Peregrinantibus. 599

si Judice, ejus jurisdictio per tale iter suspen-  
ditur, vel à privato, nihil innovetur vel attentetur  
circa causam: secus si fiat, id omne tanquam at-  
tentatum & irritum non minùs retractetur & re-  
vocetur, ac attentatum appellatione verbali in-  
terpositâ: quare talis peregrinatio Romana (idem  
dicunt de alio itinere ad Judicem superiorem ar-  
repto, & de Nuntio ad Papam vel alium Judicem  
superiorem misso) habet vim appellationis. Et  
quamvis Rubrica loquatur de *Clericis*, textus ta-  
men subjunctus loquitur generaliter, & DD. com-  
muniter idem intelligunt de Laicis.

Dico. Ut peregrinatio Romana &c. habeat vim 2  
& effectum appellationis, debet arripì intra 10.  
dies à lata sententia, vel illato gravamine: iter  
intimari Judici, vel Parti adversæ: & iter medi-  
tans non debet esse præventus citatione. Text.  
& DD. in *d. c. un. & c. 9. de appellat.*

## TITULUS XXX.

### De Confirmatione Utili vel Inutili.

#### SUMMARIUM.

1. 2. Quid, & quotuplex sit Confirmatio.
3. 4. Quis ejus effectus.

Cùm sæpius contingat, prioris Judicis sen-  
tentiam à superiore confirmari, pronun-  
tante, bene judicatum, & malè appella-  
tum esse, idcirco agitur modò de hac confirma-  
tione,

Pp 4

tione,

riore, & hujus occasione etiam aliorum actuum  
v. g. privilegiorum, electionum, instrumentorum,  
statutorum &c.

2 Dico 1. Confirmatio est juris prius quocun-  
que modo habiti per legitimum Superiorem fa-  
cta corroboratio. *c. 6. de fid. Instr.* Si impetrans  
omnia bene exposuit, subsecuta Confirmatio va-  
let, & jus tribuit, ac propterea vocatur *Utilis*: si  
per ob-vel subreptionem, aut per falsa narrata sit  
impetrata, non valet, & dicitur *Inutilis*. Alia da-  
tur in *forma communi*, quando nempe nullam vel  
non perfectam cognitionem praevia Superior confir-  
mat actum in eo statu, in quo erat prius. Et alia  
in *forma speciali*, quando Superior causam plene  
cognitam confirmat actum vel negotium, id quod  
colligitur ex adjectis clausulis, v. g. si confirmans  
dicat, *ex certa scientia*: vel, *cognitam causam*: vel,  
*ex plenitudine potestatis*: vel, *supplendo omnes de-*  
*fectus*: vel, *non obstante quacunque lege vel con-*  
*suetudine in contrarium*: vel si totus tenor sen-  
tentiae, privilegii &c. inseritur Confirmationi.

3 Dico 2. Confirmatio in *forma communi* (idem  
est de simplici *Innovatione*, quo nomine appella-  
tur, si confirmans non est Superior respectu illius,  
qui actum priorem exercuit, ut si Pontifex confir-  
met, vel prius innovet privilegium alicui conce-  
sum ab Antecessore) non tribuit jus novum, nec  
valorem actui, si forte fuit invalidus, sed tantum  
conservat jus vetus, si quod fuit obtentum. *c. 1.*  
*2. 4. h. t. c. 29. de Privil.* Econtra Confirmatio  
in *forma speciali* tribuit jus novum, & actum, cui  
accedit, validum reddit, si forte prius fuisset in-  
validus, modo defectus, quo laborat actus, a con-  
firman-

De Confirmatione Utili &c. 601

firmante sit dispensabilis, vel in eo dispensari so-  
leat. Text. & DD. in *c. 5. h. t. & c. 1. de transact.*  
quia est nova concessio. Addidi, *vel in eo dispen-*  
*sari soleat*: sic Papa, quibuscumque utatur clausu-  
lis, non censetur dispensare aut confirmare ele-  
ctionem intrusi ad Prælaturam, aut Simoniaci,  
possessionem violentè acquisitam, actum juri al-  
terius quæsito repugnantem, aut contrarium par-  
ticulari statuto vel consuetudini locorum, nisi huic  
specificè deroget.

Dico 3. Confirmatio etiam in forma communi 4  
data facit, ut nemo, nisi confirmans, vel ejus de-  
legatus, de actu taliter confirmato, si lis super  
illo oriatur, directè cognoscere valeat. Nec in-  
ferior de confirmatione Pontificis. Text. & DD.  
in *c. 1. 2. h. t. c. 20. de Rescr.* incidenter tamen &  
indirectè potest, v. g. cognoscendo an pri-  
vilegiatus à Papa sit capax privilegii, an privile-  
gium non sit vitiosum vel subreptitium &c.

Abb. in *c. 12. de Judic. n. 3.*

Pirhing. *h. n. 15.*

